

IMPERIUM
ROMANUM

SUB

PRINCIPIBUS

GENTIS


SAXONICÆ.

TOMUS SEXTUS

AUTHORE

P. CONRADO HERTENBERGER
SOCIETATIS JESU.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.



BAMBERGÆ,

Typis Joannis Georgii Klietsch , Typographi
& Bibliopolæ privilegiati. 1747.

❧ (209) ❧
SYMBOLUM.
OTTONIS I.

Aut mors, aut vita decora.

Titulus: Spiritus principalis.

fol. 209



2. Tom. VI

Lemma: Nunquam victus ab hoste rece
EPIGRAMMA.

*Hinc elephas, hinc Rhinoceros fera praelia miscent
Hic tamen è pugnâ non nisi victor abit.
O felix Princeps, adeò cui gloria cordi est,
Dulcior ut mors sit, quàm mala vita sibi.*

idis Imperatrix invigilaverit, dictis non va-
comprehendi & factis. Si in me facun-
a, scientia & memoria convenirent, in ex-
icandâ Cæsaris laude deficerent. Sicut Do-
inus, sic & Principes ejus fuerunt. Non
s ciborum seu aliarum rerum superflua va-
etas, sed in cunctis delectabatur aurea medio-
ritas. Omnes quæ leguntur virtutes, his de-
entibus florentes, his obeuntibus marcue-
unt. Hi etsi corporaliter non vivunt, super-
ant animæ immortales, bonorum profectu
perum æternitate gaudentes.

Sed ut concludam sermonem, post Caro-
um Magnum Regalem Cathedram nunquam
antus patriæ Rector atque defensor possedit.
sque buc Ditmarus.

EPITAPHIUM OTTONIS. I.

*Tres luctus cause sunt hoc sub marmore clause ;
REX: Decus Ecclesiæ : summus honor patriæ.*

SYMBOLUM OTTONIS I.

Aut mors, aut vita decora.

Alexander Medices Dux primus Hetruriæ,
postquam Margaretham Austriacam Caroli
quinti filiam naturalem duxisset in Conjugem,
cùm viribus optimè valeret, ut tanto socero
dignum se generum probaret, voluit rebus
bellicis præcipuè magnam sibi gloriam com-
parare;

O
Tom. VI. P. Conradi Hertenberger Soc. Jesu.

parare; dicere solitus, se gloriæ causâ pro parte Imperatoris quodvis periculum subire velle, nec cedere, certus de alterutro, ut aut victor redeat, aut fortiter dimicans, gloriose occumbat; Quem scopum ut in imagine symbolicâ sibi jugiter ob oculos poneret, nullum aptius hieroglyphicum invenit, quam Rhinocerotem, adnatis armis instructum animal, qui elephantem aggredi solet, eo animo, ut non recedat à pugnâ, nisi prostraverit elephantem.

Cum minoribus quidem animalibus bella nulla habet Rhinoceros, solum elephantem, se longè majorem, & quadrupedum belluarum omnium maximum velut hostem aggreditur; ad pugnam autem se præparans, cornu, quorum alterum in fronte, alterum in dorso habet, ad saxa priùs limato, ventrem elephanti, quem cæteris partibus molliorem novit, petit, secâtque, ut ruptis visceribus bellua cadat; nec facillè dentibus ab hoste vulneratur, quòd cute sit crassissimâ & prædurâ crustaturâ armatus. Hujus rei spectaculum exhibuit anno 1515. Ulysippone Emmanuel Rex Lusitaniæ, in quo elephas à Rhinocerote victus occubuit.

Symbolum hoc est, quod summis quibusque Principibus meritò cordi sit; quemadmodum enim Rhinoceros minora quævis animalia contemnit, ac victoriam, quam ab illis referre posset, sibi ignominiosam potius, quam glo-

oriosam putat , sic magnanimus Princeps
non res exiguas , faciles & leves urgendas
proponit , sed magnas , difficiles & arduas se-
tat , ut gloriam consequatur. Porro si-
ut Rhinoceros eligit potius fortiter in pugna
morari , quàm victus cum infami vulneris no-
tà è conflictu recedere ; ita Princeps , quem
DEUS supra commune hominum vulgus eve-
xit , vitam prius sibi dimittendam existimet ,
quàm ut turpi aliquâ actione dignitati suæ
maculam adspargat.

Ecce interpretationem imaginis symbolicæ ;
Ecce in eandem rem exemplum etiam Arche-
typum ex lib. 1. Machabæorum cap. 6. in stre-
nuo pugile Eleazaro sub Duce Judâ Macha-
bæo , qui pugnavit contra exercitum Regis
Syrorum , à versu 30. & sequentibus.

Erat numerus exercitus *Regis Syriæ* centum
millia peditum , & viginti millia equitum , &
elephantum triginta duo , docti ad prælium. Et
comparaverunt se exercitus in prælium , & tu-
bis cecinerunt. Et elephantis ostenderunt
sanguinem uvæ & mori , ad acuendos eos in
prælium , & diviserunt bestias per legiones ,
& astiterunt singulis elephantis mille viri in lo-
ricis concatenatis , & galeæ æreæ in capitibus
eorum , & quingenti equites ordinati unicui-
que bestię electi erant.

Hi ante tempus , ubicunque erat bestia ,
ibi erant , & quocunque ibat , ibant , & non
discedebant ab eâ. Sed & turres ligneæ super

eos firmæ protegentes super singulas bestias,
& super eas machinæ, & super singulas vir-
tutis triginta duo, qui pugnabant desuper
& Indus magister bestiarum.

Et appropriavit Judas & exercitus ejus in
prælium - Et vidit *Eleazar* filius *Saura* unam
de bestiis loricatam loricis Regis, & erat emi-
nens super cæteras bestias, & visum est ei,
quòd in eâ esset Rex.

Et dedit se, ut liberaret populum suum &
acquireret sibi nomen æternum, & cucurrit
ad eam audacter in medio legionis, interfi-
ciens à dextris & à sinistris, & cadebant ab
eo huc atque illuc. Et ivit sub pedes elephan-
tis, & supposuit se ei, & occidit eum; & ce-
cidit in terram super eum, & mortuus est il-
lic. Usque huc sacer textus. Et hanc mor-
tem *Eleazarus* præelegit, ne relictâ patriâ Dei
lege, cum gente suâ ad nefandos gentilium
Syrorum ritus cogeretur.

Talia agunt, quibus decor vitæ cordi est.
Atque hic ille stimulus erat, quo magnus Im-
perator *Otto* ad magna & Principe digna iden-
titem sese excitabat, dicens: *aut mors, aut
vita decora.*

*Vivere quidem omnes volunt, at rectè vivere
pauci nôrunt:*

*Plurimi vivere desiêrunt, antequam benevi-
vere inchoârunt.*

Ita vixisse, non vixisse est, sed diu fuisse. Nam

Non